

vermerk: cirografum marchionis Otonis^{a)} de decimis collatis claustro nostro vinearum in Chamburg et Genceberg (*saec. XII*).²⁾

Edition: Martin, *UB Jena I*, S. 2, *Anm. aus A* — *CDS I/A*, Bd. 2, S. 350, Nr. 508 aus A.

Regest: Beyer, *Altzelle*, S. 518, Nr. 6 — *Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae II*, S. 136, Nr. 714 — *Schieckel, Reg. Dresden I*, S. 72, Nr. 100.

IN nomine sancte et individue trinitatis. Otto dei gratia Misnensis marchio. In offerendis deo rerum nostrarum decimis | divine legis ammonitione devoti notificamus tam presentibus quam posteris, quod nostre coniugis H(edewigis)³⁾ liberorumque nostrorum assensu pro nostra | scilicet et predecessorum nostrorum salute de vinea, que nostre proprietatis est in Chamb(urg), que Lvuonis quondam fuisse dinoscitur, et si quid in | reliquum eidem vinee de nova plantatione accreverit, decimam contulimus claustro nostro, quod vocatur Cella sancte Marie, quod divine | remunerationis intuitu construximus de nostris sumptibus in episcopatu Misnensi contra meridiem Milde fluminis. Similiter de monte, | qui vocatur Gehnceb(erc), qui nostre proprietati ex parte sui meridiana, sicut coram imperio diffinitum est, pertinet, statuimus, ut de vineis | in eo iam plantatis videlicet seu adhuc plantandis decima tota predicto cenobio annuatim persolvatur. Sane in futurum | providentes ecclesiastice utilitati circumspecta nichilominus deliberatione statuendum duximus, ut ad cuiuscumque persone | possessionem prelibati^{b)} montis vinee ratione proprietatis seu obtentu beneficii ex nostra vel heredum nostrorum largitione | futuris temporibus devolute fuerint, omnes decime exinde surgentes sopita omni contradictione et indebite tergiversationis^{c)} | occasione sepe dicto cenobio integraliter assignentur. Ut igitur nostre subscriptionis pagina rata et inconvulsa perpetuo | maneat, proprio sigillo et ydoneis testibus eam insigniri fecimus, quorum hec sunt nomina: Martinus Misnensis episcopus, Hermannus | decanus, Anshelmus custos, Egeno, Sigemundus, Walterus, Bruno, magister Rvdolfus capellanus, laici Primizlaus advocatus, | Siffridus de Mugelin, Fridericus de Marus, Rvdolfus de Muchoua, Gerbrandus de Salsiz, Cvnradius de Hagensberc, Albertus de | Chvnigestal, Rvdolfus de Batin, Cvnradius de Ugliz, Bertoldus camerarius, Cvnradius de Cuningestal, Hirnfridus de Culsove, Heinricus de Buhivi^{d)}. | Acta sunt hec in Misna VIII idus iunii anno ab incarnatione domini MCLXXXV, indictione III^a, Friderico imperatore regnante, Vvitheliu^{e)} abbate.

(SP.)

a) *sic A.*

b) prelibate wohl von erster Hand durch Rasur und mit derselben Tinte zu prelibati korrigiert A.

c) tergiversationes (?) wohl von erster Hand durch Rasur und mit derselben Tinte zu tergiversationis korrigiert A.

d) Buhivi^{vi} A.

e) Vvitheliu^u A.

2) Nach Martin, *UB Jena I*, S. 2, *Anm.* war an der Urkunde ein (inzwischen verlorengegangener) Pergamentstreifen befestigt, welcher den „aus etwas späterer Zeit“ stammenden Vermerk Otto marchio de decimis Chamburg et Gen(ceberg) trug.

3) Vgl. Posse, *Wettiner*, Taf. 4/1 und S. 48.